



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

95. Qui propter cupiditatem Judæum vel paganum occiderit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Qui propter cupiditatem Judæum vel paganum occiderit. *Ex Concilio Mogontiensi.*

XCV. Qui odij meditatione, vel propter cupiditatem, Judæum vel paganum occiderit, quia non leve vitium committitur, ut homicidam convenit pœnitere; quandoquidem nec exteris gentibus, nisi oblatam pacem respuerint, bellum est populo antiquo penitus inferre præceptum.

Concil. Vvor-  
mac. c. 27.  
Burchard. lib.  
6. c. 33.

Si quis infaniens hominem occiderit.  
*Ex eodem.*

XCVI. Si quis infaniens aliquem occiderit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei pœnitentia imponenda est quàm ei qui sanamente tale quid commiserit. Cui quamvis pœnitentia sit imponenda, quia ipsa infirmitas causa peccati, licet fortassis occulta contigisse creditur, tanto tamen sit levior quàm ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & insanum, inrationabile à rationabili constat esse discriminis.

Concil. Vvor-  
mac. c. 28.  
Burchard. lib.  
6. c. 25. & a-  
pud Gratian.  
15. q. 1. c. 12.

Si plures unum hominem occiderint. *Ex Concilio Mogontiensi.*

XCVII. Si quatuor aut quinque homines seu etiam plures contra unum hominem rixati fuerint, & ab his vulneratus mortuus fuerit, quicumque eorum plagam imposuit, secundum statuta canonum ut homicida judicetur.

Burchard. lib.  
6. c. 42.